

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

11. Chamvs

urn:nbn:de:bsz:31-105410

amoenitatem & lætitiã admiratus est, & alterius undis dilacerati vastitatem & miseriam ingemuit.

II. CHAMVS.

Chamus filius Noæ, natu minimus, turpis apostata, & homo facinorosus, cernens patrem suum vino obrutum, & corpore nudato jacentem, ad irridendum ipsum fratres suos advocat: sese efferens & prædicans, senis doctoris atque patris vitio & imbecillitati insultans. Itaque cum peccasset superba libertate, servum se facit merito crimine. Audito ejus scelere pater, ira justa inflammatus, posteritatem ipsius devoverit, & servituti fratrum perpetuæ addidit. Gens Chananæa, ab ipso oriunda, ita postmodo deleta est, ut nec agris, nec urbibus, nec pecoribus, nec hominibus, nec solo denique ipsi parceretur. Hic plagam, meridiem

diem va
magni i
ptii, Nu

12.

Japh
lius, pe
errori g
itaque
frantes
possess
rum,
Ab ipsi
licofac
Graci
ri del
te & S
xerunt

13.

Ser
que o
est, n

diem versus inhabitavit, & ab eo magni illi populi, Æthiopes, Ægyptii, Numidæ, Mauri sunt deducti.

12. *JAPHETVS.*

Japhetus Noæ maximus natu filius, patrem senem reveritus, ejus errori ignoscit, & imbecillitati parcat. Itaque pietatis suæ fructus tulit præstantes, locum in Ecclesia Dei, & possessionem terrarum amplissimarum, & dilatationem promissionis. Ab ipsius posteritate gentes hæ bellicosæ, Medi, Scythæ, Sauromatæ, Græci, Thraces, Germani, Itali, Iberi descendunt, qui sedes in Occidente & Septentrione potentissimas fixerunt.

13. *SEMVS.*

Semus alter Noæ filius, Dei patrisque observans, fratri majori auctor est, ne dedecus patris, in quod im-

e prudens